



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

CLXVII. Indultum deferendi habitum Prælatium pro Abbe Generali
Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Ordinis Sancti
Augustini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

Dat. P. An. 11.
die 12. Mai.

ratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Tertiodecimo Kal. Maii Pontificatus Nostri Anno undecimo.

**† Ego Alexander Catholicæ
Ecclesiæ Episcopus.**

- † Ego Franciscus Episc. Portuenfis Card.
 Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.
 † Ego Martius Episcopus Sabinensis Card.
 Ginettus.
 † Ego A. Barberinus Episcopus Praenestinus
 Cardinalis Antonius S. R. E. Camerarius.
 †
 † Ego Jo. Baptista Episcopus Albanen. Car-
 dinalis Pallottus.
 †
 †
 † Ego F. Maria tituli S. Laurentii in Lucina
 Cardinalis Brancatius.
 † Ego Uldericus tituli S. Mariæ Transtiberim
 Card. Carpineus.
 †
 † Ego Steph. tit. S. Laurentii in Pane Perna
 Card. Duratius.
 †
 † Ego F. Vincentius Maculanus Ordinis Prä-
 dicatorum tit. S. Clementis de Florentio-
 la Card. S. Clementis.
 †
 †
 †
 † Ego Nicolaus tit. S. Mariæ Angelorum
 Card. Ludovifius M. Pœnitent.
 †
 † Ego Federicus tit. Sancti Petri ad Vincula
 Cardinalis Sforzia.
 † Ego Benedictus tit. Sancti Honuphrii Car-
 dinalis Odescalcius.
 † Ego Laurentius tit. SS. Quirici, & Julitta
 Cardinalis Raggius.
 † Ego Joannes Franciscus Paulus Gondus ti-
 tulus Sanctæ Mariae super Minervam Car-
 dinalis de Rets.
 † Ego Aloysius tituli S. Alexii Card. Homo-
 deus.
 † Ego P. tit. S. Marci Cardinalis Ottobonus.
 †
 † Ego Laurentius tit. S. Chrisogoni Cardinalis
 Imperialis.
 † Ego Gilbertus tit. SS. Joannis, & Pauli Car-
 dinal. Borromæus.
 †
 † Ego Jo. Baptista Spada tit. S. Marcelli Car-
 dinal. S. Susannæ.
 † Ego Franciscus tit. S. Mariæ in Via Cardina-
 lis Albitius.
 † Ego Octavius tit. S. Ceciliæ Cardinalis de
 Aqua viva, & Aragonia.
 † Ego Flavius tit. S. Mariæ de Populo Cardina-
 lis Chifius.
 † Ego Scipio tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalis
 Delcius.
 † Ego Hieronymus tit. Sanctæ Agnetis Cardi-
 nalis Farnefius.
 † Ego Julius tituli Sancti Sixti Cardinalis Rof-
 pigliofius.

- † Ego Sforzia à Soc. JESU tituli S. Salvatoris de Lauro Card. Pallavicinus.
† Ego Volumnius tituli Sancti Martini in Montibus Card. Bandinellus.
† Ego Petrus tituli Sandi Calisti Cardinalis Vidonus.

†
†
†
† Ego Carolus tituli Sanctæ Anastasie Cardinal. Bonellus.

†
†
† Ego Virginius S. Mariæ in Vialata Diaconus Card. Ursinus.

†
†
†
† Ego Franciscus S. Mariæ in Portic. Diaconus Card. Maidalchinius.

† Ego Fridericus Sancti Cæsarei Diaconus Card. de Hassia.

† Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Carolus Barberinus.

† Ego Carolus Sancti Eustachii Diaconus Card. Pius.

† Ego Decius S. Adriani Diaconus Cardinalis Azzolinius.

† Ego Odoardus SS. Cosmæ, & Damiani Cardinal. Vecchiarellius.

†
† Ego Franciscus Maria SS. Viti & Modesti Diac. Card. Mancinus.

† Ego Angelus S. Georgii Diaconus Cardinalis Celius.

† Ego Paulus S. Mariæ de Scala Diac. Cardinalis Sabellus.

†
†
†
†
†

Indultum deferendi habitum Prælatitium pro
Abbate Generali Congregationis Canonico-
rum Regularium S. Salvatoris Ordinis San-
cti Augustini.

ALEXANDER EPISCOPUS.

*Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.*

DEcet Romanum Pontificem, quem Altif-
simus universalis Ecclesiæ curæ præpo-
suit, divina dispositione ad ea per quæ persona-
rum Ecclesiasticarum quarumlibet, præsertim
in signum Congregationum Canoniconum Re-
gularium regimini, & administrationi, ac or-
namento, divinique cultus celebritati, & dec-
ori consulit, libenter intendere, ac in illis
pastoralis officiis sui partes favorabiliter interpo-
nere, prout locorum, & personarum suuimus
circumstantiis debitè pensatis ad devotionis
Christifidelium augmentum, & propagationem,
neenon altissimi laude prospicit in Domino fa-
bulriter expedire.

liberetur expetrere.
§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis Mariæ Lanci Canonici Congregationis Canoniconum Regularium S. Salvatoris Ordinis S. Augustini, dictæque Congregationis moderni Abbatis Generalis petitio continebat. Quod cum inter Congregationes Canoniconum Regularium Italæ Congregatio Canoniconum Regularium S. Salva-

CLXVII.

Edita An. D.
1666

Exordium

toris Ordinis Sancti Augustini celebris, ac à Sede Apostolica pluribus favoribus, & gratis decora ta exiftat, illiusque Abbas Generalis Mita, Baculo, & annulo Pastoralibus, cæterisque Pontificibus insigniis utatur, portatur, & gaudeat plurimum tamen decori, & dignitati Abbatis Generalis dictæ Congregationis videretur convenire ipsum, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales à nobis, & Sede predicta aliqua digniori prærogativa decorari, & illustrari. Quare pro parte d. Joannis Mariæ moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis fuit nobis humiliter supplicatum quatenus ipsum specialis gratiæ favore prosequi, aliasque in premissis opportunitate provide de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolvit à
cenfuriis.

§. 2. Nos igitur qui Ecclesiarum quarumlibet & insignium Congregationum decorum, divinique cultus augmentum nostris potissimum temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus cumdem Joannem Mariam modernum Abbatem Generalem, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales predictos, ac corum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interditii, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cenfuriis, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet nodatio exiftunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati eidem Joanni Mariæ moderno ejusdem Congregationis Abbatii Generali, ejusque successoribus Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus dictæ Congregationis S. Salvatoris predictis, ut de cetero perpetuo futuris temporibus, tam in Romana Curia, quam extra eam, ac ubique locorum, ubi dictum Joannem Mariam, & pro tempore existentes Abbates Generales predictos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis visitationibus, capitulis, sessionibus, ac quibusvis actibus, & processionibus, etiam coram nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus, etiam in Cappellis Pontificis Mozzettam, & Mantelletam coloris habitus ipsius Congregationis, una cum Pileo, & Bireto Prae latitis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè, & licite possint & valeant, Apostolica autoritate tenore praesentium de speciali gratia perpetuo concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem desuper impartimur.

Concedit
prout in tub.
Decretum
irritans.

§. 3. Decernentes ipsum Joannem Mariam, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales predictos super delatione, gestatione, & usu Mozzetta, & Mantelletta, Pilei, & Bireti predictorum, à quoquam, sub quovis praetextu, vel causa, aut occasione nullatenus impeditri posse, praesentes quoque nostras literas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suoq[ue] plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, necnon sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut alius contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt toties praesentes in prisnum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenari re integratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Joannem Mariam, & successores predictos Abbates Generales pro tempore existentes quandocumque eligenda concessas esse, & fore, sicque per quocumque iudices ordinarios, & delegatos, ac caufarum Palati Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis predictæ Nuncios judicari, & definiiri debere, irritumque, & inane fieri super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernimus.

§. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in Syno-

dalibus, & Provincialibus, ac generalibus Concilii editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ordinis & Congregationis, hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmata alia roboret, Statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, Indulti, impartitionis, & Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignacionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, octavo Idus Augufti Pontificatus Nostræ Anno duodecimo.

Conſtitutio pro instaurazione, ac Reformatione Ordinis Cisterciens.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

ANNO
1666.
Contrariis
derogat.

Dat. P.A. 12.
die 9. Aug.

CLXVIII.

Edita An. D.
1666.

Exordium.

IN suprema Sedis Apostolicae specula dispositio ne divina constituti Dominicum gregem cælitus nobis commissum circumspicentes, mentis nostræ aciem convertimus in sacrum Ordinem Cisterciensem, cuius odor sicut agri pleni suavitatis, cui Dominus benedit, totam replevit Ecclesiam, & ve luti fons horrorum irriguus cæteras irrigavit Religiones, & Ordines; Verum volventibus annis, non sine magno animi nostri mero cognovimus, Ordinem memoratum à primæve institutionis tramite ob temporum injuriam, & calamitatem non modicum deflexisse, & plurima passum esse in spiritualibus, & temporalibus detrimента. Quare nos ex debito pastoralis officii singulari zelantes affecti, ad tanti Ordinis instaurationem ac reformationem, divino freti auxilio, nostræ sollicitudinis partes duximus impendendas; Ut monastica disciplina ubi collapse fuerit, reficiatur, & constantius ubi conservata est, perseveret, unitas servetur in Ordine, & præciliis dissensionibus, ac dislidis que in regno Galliae inter communis, & strictæ Observantie Monachos jamdudum exorta sunt, sincera pax, & mutua charitatis officia benedicente Domino redintegrantur.

§. 1. Alias siquidem nostras literas in forma Brevis expeditas die 16. Januarii 1662. Pontificatus nostræ anno septimo, de voto particulari Congregationis à nobis desuper deputatae, quæ scripturas hinc inde datas vidit, & examinavit, causam ipsius reformationis in statu, & terminis in quibus tunc temporis reperiebatur, à quo cumque Tribunal ad Nos avocavimus, ac dilecto filio Claudio Vauissi Abbatii Cisterciæ totius Ordinis Generali, dedimus in mandatis ut advo caret, seu moneret viros idoneos Ordinis sui tam ex Gallia, quam aliunde, ad exhibendum infra tres menses dictæ Congregationi particulari deputatae articulos concernentes dictam Reformati onem à nobis institutam, & alias ut in memoratis literis plenius continetur: Cumque predictus Claudius nostræ parente mandatis, Reformationis articulos ad nos transmisserit, idemque præstiterint dilecti filii Abbates strictæ Observantie in Gallia multis abbatis annis introducuntur; Nos hujusmodi articulos utrinque exhibitos Congregationi nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiae Prælatorum à nobis desuper institute, sedulò, ac mature examinandos, & expendendos commisimus, quorum quidem articulorum ad generalem reformationem Ordinis Cisterciensis convenientis restringo, & ad capita

S. Be-